

S.II. (3) *Modus*: Solutio fieri debet *opportuno loco*, qui regulariter est Creditoris domus.  
*Tempore*. Ante tempus exigi non potest,  
nisi 1. usuræ annuæ non solvantur sortis temporalis.  
2. debitor dilapidet bona, aut sit de fugâ suspectus.  
Debitor ante diem offerre potest debitum.

§.12. (4) *Effeſus*, eſt liberatio. Sed ut tutus ſit Debitor  
Solutum eſſe probare debet,  
in ſummario in continenti, (Creditor fundum pignori  
poſſidentis edat rationes de fructibus.)  
1. *Apochâ*, Quittung.  
2. *Chirographo* ab ipſo Creditore reddito, vel cancellato  
invento apud Creditorem.  
Chirographum apud Debitorem inventum facit præ-  
ſumptionem ſolutionis ſemiplenam.  
3. *Testibus*.  
4. *Urgentibus conjecturis aliis*, jurato plerumq; complen-  
dis ab alterutro pro ratione rei.  
Si per plures annos debitum non ſit petitum.  
Si rationes ſint fuſceptæ.

**S.13. (5) Affinia:** Naturalis solutio etiam fit pignore vendito, quantumque debetur recepto, vel superfluo restituto. Creditor pretium cui vult debito, etiam naturali tantum, imputare potest. Nisi eodem tempore duobus contractibus pignora sint obligata, ubi per partem proportionalem &c.

§. 14.